



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum  
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ  
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Obligationibus Specialibus Certorum Statuum, De  
Sacramentis In Genere, Et In Specie, Et De Censuris Et Irregularitatibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDXXXIV.**

**VD18 90392167**

Q. 6. Quænam requiruntur ad subjiciendum torturæ Reum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41032**

## DE OBLIGATIONIBUS. 44

erimine inquiritur. 3. Mixta, cum inquiritur generatim de persona, & specialiter de crimen vel econtra.

*Resp. I.* Judex & Magistratus nullâ datâ occasione ex suo officio potest ac debet facere inquisitionem generalem, ex c. i. de Offic. *Judic.* quia ex officio tenetur prospicere bona communi, occasionses criminum tollendo, crima puniendo in aliorum exemplum, & aliunde nemini fit injuria.

*Resp. II.* Quando crimen est publicum, sed auctor ignoratur, Judex debet querere in gente quis patravit; nam id exigit bonum publicum: alioqui scelesti homines, spè imputantis invalescerent, & crima multiplicarentur.

*Resp. III.* Non licet Judici contra aliquem facere inquisitionem specialem tendentem ad punitionem, nisi præcesserit infamia, vel semi-probatio, vel aliquid quod justam det causam, ex cap. 21. & 23. de *Accusat.* & est commun. nam per illam inquisitionem quis suspectus & infamis redderetur.

### Q. 6. Quænam requiruntur ad subjiciendum torturæ Reum?

*Resp. I.* Ex communī, illæ torturæ sunt in-justæ, quas sustinere est Reo moraliter loquendo impossibile, spectatis viribus & comple-xione. Unde non potest Judex ex confessio-ne sic extorta procedere. Peccat etiam gra-viter, si non prius alias omnes mitiores de-Zom. III. K tegent-

tegenda veritatis vias tentet, quam tortura subjiciat; cum hoc sit postremum medium in defectum aliorum, damnosum & valde periculosum.

*Resp. II.* Ad torquendum reum, qui jure non prohibetur torqueri, ex communi requiruntur probationes vel indicia de commisso gravi crimen, digno poenâ mortis, tali medio & cruciatui congruentia; ita ut sola confessio rei ad plenam probationem deesse videatur: nam tortura instituta est ad subsidium probationis, cum argumenta & indicia sunt valde magna, necdum tamen sufficientia, ut sic plena probatio eliciatur. Porrò prohibentur torqueri, nisi in criminibus exceptis, viri illustres, vel in magna dignitate constituti, Doctores, milites, senes, impuberes, prægnantes & nondum confirmatae a partu.

*Resp. III.* Semel tortus, si nihil est confessus, non potest iterum torqueri, nisi nova criminis indicia superveniant, quia per torturam priora elicitur. Si verò crimen in tortura fassus, extra eam revocet coram judice, repetitur tortura: quia per tales revocationes indicia non sunt elisa, & alioqui tortura semper esset inutilis. Si verò tertio tortus ac confessus, tertio retractet, absolvendus est: quia præsumendum est vi tormentorum coactam fuisse confessionem falsam. Excipiunt aliqui, nisi indicia sint gravissima, quæ violentam præsumptionem pariant crimen malitiosè à reo negari.

Q. 7